

ÆPISTOLÆ D. IGNATII, POLYCARPI, MARTIALIS, ANTONII magni, uetustissimorū scriptorum, qui aut Apostolis, aut Apostolorū Discipulis usi sunt doctoribus, q̄ præterq̄ q̄ natium illū Scripture spiritum referunt, suppullulantis quoq̄ eo tempore Ecclesiæ faciem, atq̄ res gestas mira breuitate continent.

Isti homines serui DEI excelsi sunt, qui annunciant uobis uiam salutis. Actuum 16.

Spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & infanias falsas.

**V E N E T I I S A D S I -
gnum Spei. 1546.**

2

R V D O O R V

IN DIVINI IGNATII MARTY-

RIS ET EPISCOPI ANTIOCHE-

ni, tertij à beato Petro apostolo, discipuli beatissimi Ioan-

nis apostoli ac euangelistæ epistolas quindecim, ad

diuersos, Symphoriani Champertij

Lugdunensis.

PROLOGVS



IGNATIVS Ioannis Euāgeli-
stæ discipulus apud Antiochiam
post Petrū tertia successione epā-
tum sortitus est. Quē sermo tra-
didit de Syriæ partibus ad urbē
Romā transmissum, & pro mar-

tyrio Chri ad bestias datum. Quiq; cū per Asiā
sub custodia nauigaret, singulas quasq; p̄grediēs
ciuitates ecclesiæ populos euangelicis cohorta-
tionibus edocebat in fide p̄sistere, et obseruare se
ab hæreticorum contagijs, q̄ tunc primū copio-
sius cœperant pullulare, et diligētius ac tenacius
apostolorū traditionibus inhererent. Oēs in itinere
Christianos oratione uel literis in fide confix-
mabat, sic inquit, ut Iesum Ch̄um inueniam, ignis,
cruis, bestiæ, cōfractio ossium, & totius cor-
poris cōtritio, et tormēta diaboli in me ueniant,
dūmodo Ch̄o fruam. Cum autē iā audiret leonū
rugitum, frumentū Ch̄i sum, inqt, dentibus be-
stiarū molar, ut panis mundus inueniar. Mariā
q̄dem matrē dñi, ut diuus scribit Bernardus, in
pluribus quas ad eam scripsit epistolis, Christife-
rā consalutat Egregius planè titulus dignitatis,
& cōmendatio amoris imensi. Et, ut inquit Mar-
cus Michael presbyter Cortonensis, extant ep̄læ
Ignatiij ad Euangelistā Ioannē præceptorē suū, &

*scripsit ad di-
uersas eccle-
sias diuus
Ignatius.*

*Marcus
Michael.*

POLYCARPI MARTYRIS SMYR-
NEORVM EPISCOPI DISCIPV-
li Ioannis euangelistæ ad Philippenses. Epistola.

Polycarpus & qui cum eo sunt presbyteri ecclesie Dei que est Philippensis, misericordia uobis & pax à Deo omnipotente, & Iesu Christo saluatore nostro abundet.



Congratulatus sū uobis magni-
fice in dño nostro Iesu Christo,
fascipiens imitabilia uerba dile-
ctionis, quam ostendisti in illis
(qui pmissi sunt) uiris sanctis de
coris uinculis cōnexis, quæ sunt
coronæ electæ Deo, illius ueri regni, per dñm no-
strum Iesum Christū, & q̄a firmitas fidei uestre
à principio usq; nunc p̄manet, & sanctificatur in
dño Iesu Christo, qui sustinuit pro peccatis n̄ris
usq; ad mortē quē resuscitauit deus, dissoluēs do-
lores inferni, quem cum nō uideritis, nunc diligi-
tis in quem nunc non aspicientes, creditis. Cre-
dentes autē, gaudebitis, gaudio inenarrabili, &
glorificato (in quo multi desiderant introire) sciē-
tes q̄a gratia facti estis, nō ex operibus, sed in uo-
luntate Dei per Iesum Christum. Propter quod
succincti lumbos uestros, seruite dño cum timo-
re & in ueritate. Dimisso inani uaniloquo et mul-
to errore. Credite ergo in illum qui resuscitauit
dñm nostrum Iesum Christū ex mortuis, & de-
dit gloriā & sedem in dextera sua. Huic subiecta
sunt omnia, cœlestia & terrestria, et subterranea,
cui omnis spiritus seruit, qui uēturus est iudica-
re uiuos & mortuos. Huius sanguinem requirit
deus ab eis qui nō crediderunt in eum, qui et re-
suscitauit eum à mortuis, qui et nos resuscitatu-
rus est

EPISTOLA BEATI MARTIALIS
Apostoli ad Tolosanōs.

CAPVT PRIMVM.



Eruus Dei, Apostolus Iesu Christi
 Martialis Cephas oībus fra-
 tribus qui sunt Tolosæ, cum sa-
 cerdotibus & ministris spūalib⁹
 ecclesiæ Dei: gratia uobis & ue-
 ritas & pax à Deo patre n̄o, &
 Domino Iesu Ch̄o. Gratias agite Deo incessan-
 ter filij: qui eripuit uos à profunda caligine dam-
 nationis æternæ: & circumspicite diligētissime ca-
 put uestrum, quod est Ch̄s, qui est benedictus ī
 secula, Amen. Vos enī estis membra eius & cor-
 pus imaculatum, nec aliqua re coinquinatū, ne-
 que sordibus obuolutum. Iā enim sanctificati &
 mundati estis aqua regenerationis. Videbo autē
 uos in proximo, & uisitabo in Spiritu sancto, in
 gratia & fide castitatis per dñm nostrum Iesum
 Ch̄m, qui mortuus est pro nobis, & resurrexit
 in ueritate resurrectionis: quē gens Hebræorū iu-
 dicans purum hominē, per inuidiā dānauit mor-
 te. Sanauerat enī uidentibus oculis nostris, ægro-
 tos & languidos eorū, curauerat paralyticos, mū-
 dauerat leprosos, dæmoniacos liberauerat: &
 quod maius est, mortuos eorū tanq̄ de somno re-
 suscitauerat. Nam & quendā iam foetentem qua-
 triduanum, rogantibus sororibus eius, ita de mo-
 numento facile resuscitauit: ut ad solum eius uer-
 bum continuo de monumēto resurgeret, ligatus
 sudario mortuorū. Cæcis etiam uisum reddebat.
 Vnde & nato cæco oculos præbuit. Et innumera
 alia magnalia operatus est in populo Iudæorū: si-

58

IN DIVI PATRIS ANTONII, ME-
RITO MAGNI SEPTEM EPI-

stolas, Symphoriani Camperij ad bectorem dallum

apostolicæ sedis Protonotarium.

PRAEFATIO.

Ccepi tādē quas diu desideravi à te
literas. cumq; hñs simul diui patris
Antonij epistolas septē, quas sacer
Theodorus, totius monasticæ Ar-
chipræsul, cōmunicauerat. Quorum
utrunq; tā iucundū mihi fuit, quā quod iucūdis-
simum. Præcidisti mihi dubitationem, q̄ peracer-
be aium turbabat. Mirifice lætatus sum, cū audi-
ui ingenij tui literas, testes ueras seruatę amicitie
q̄, q̄a mihi non erant redditæ, tuli iniquo animo.
Nā cōsciis labore tuorę, quos & i superādis cæ-
teris periculis, et trāscūdis Burgūdiorę paludib⁹
maximos p̄pessus eras, diui Antonij epl̄as au-
dius expectabā, ut reducem te & incolumē reuer-
tisse in Lotharingiā possim solidius gaudere. Ita-
que rebellionū uitio factum est, ut in eam suspi-
tionē p̄ducere, & te accusarem iniuriā. Quamuis
difficile credam tātā amicitia tā cito obsolescere,
cuius optime iacta essent fundamēta. Venio igit̄
ad diui Antonij epl̄as, quas & Ægyptiacæ scri-
ptas, & Græce interpretatas, nuper uero à Vale-
rio de Sarasio latine scriptas, ad me misisti. Qua-
rum grauitatem ne an suauitatem plus admirer
nescio. Nāq; aptissime exordit̄, Antonius, lucide
p̄phetarum narrat historias, inuehit acriter, uarie
ornat, artificiose cōplectit̄, tam apte, tā ornate, tā
copiose, tā pulchre in epistolis orauit Antonius.
Quid hac Antoniana oratiōe p̄lectius? Quid ab-